



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio IV. De amuletis & periaptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

telligit cacodæmones; quos astris & singularum rerum speciebus, Magica distribuit. Conatur etiã probare, quia qui integram orationis texturam promittit, magis animo dictis intendit, quàm qui verbum vnum atque alterum: quare vis quoque vehementior imaginationis cõcurrit, & spiritus copiosior in rem incantatam transit. Quæ vana sunt, nec empsitanda titi illitio. Nec enim imaginatio extra imaginantem in res seiunctas vim habet vllam; nec spiritus vllus à loquẽte prodit, qui rem incantatam contingit: præter afflatum: afflatus autem facultas ad sanitatem nulla est; ad morbum & noxam per contagium aliqua, vt docuimus.

Ex his manifestum fit, falsã quoque esse, quæ ex tam bellis axiomatibus inferunt corollaria. primo quod asserunt oportere, vt sic sanantes afflent ægro, & ei vocabula quasi inhalent. 2. quamlibet huiusmodi incantationem præter ordinem solitum & retrogradè prolatam aut scriptam, insolitos effectus gignere. 3. debere ea, quæ magus vult impetrare, inscribi rei, quam vt instrumentum adhibet. exempli gratia, si tabella, vel pergamento vel herbæ folijs vtatur, debere inscribere folio, membranæ vel tabellæ: ad quem id effectum faciat, cur cedo? an quod verba non factis efficacia per se prolata? an quod alioquin dæmon surdus, vt ea non audiat; vel quod scripta, quàm audita melius intelligit? an quod ad memoriæ lapsu fulciendũ opus hac industria? nihil horum in causa, sed vafer ille vanarum obseruationũ multiplicatione, velut varijs retium plagis, sic pluribus peccatis miseris amat illaqueare. Legi exẽpla quæ Leon. Vairus collegit, sed in his omnibus pactum cum dæmone intercedens causa fuit effectuum. Vi-

fl. de Fal
cia. c. 5

A de inf. lib. 6. anacephalæof. monito. V.

QVÆSTIO IV.

De amuletis & periaptis.



OTA Græcorum athletarum cõluetudo, sed paucis: qui phylacterijs vsi ad victoriã, ne niceterijs magicis superaret aduersarius. habes in antiquis gloſſis Iuuenalis Sat. III. his verbis; rustici didicerunt luxuriam & palæstris vti, & fraeterijs (corr. phylacterijs) vt athletæ ad vincendum, & mox: nam & niceteria sillateria (item corr. phylacteria) sunt, quæ ob victoriam fiebant, & de collo pendentia gestabantur.] Cunctis autem nota Romanorum gentilium consuetudo, qui soliti puerulis de collo res turpículas suspendere, Præfiscini, vt dicebant, ne fascinantur (vnde & Fascini nomen inter obscena relatum) alia quoque amuleta succini aut alterius materiæ contra morbos gestabant, quæ dicta amoleta, amolimenta, seruatoria, probra, quemadmodum & Græcis sua fuere, περιάπτα, περιάματα, ἀποτροπαῖα, ἀσάτυτα, & φυλάκτηρια, malorum, vt putabant, auerruncatoria. Sic etiam prodesse sibi putabant Iudæi sua phylacteria, seque per illa custodiri ac præseruari à malis, perperam accipientes diuinum præceptum. a Eundem errorem Catholicis, non hæreticus tantum VVierus; sed & qui Catholicus videtur ex scriptis, Remigius Lotharingus, bimpingit; hinc omnium periaptorum vsum temerè condemnantes ex Patribus non satis intellectis.

Dico primi, Amuleta huiusmodi, quæ collo dependent, vim nullã obtinent naturalẽ ratione verborum, characterum, vel figuræ, vel constellationis: sed duntaxat ratione

materia,

Exo. 13.
Deur. 6.8
Matt. 23.
v. 5. vbi
plura no-
tamus in
commẽt.
li. 3. dæ-
monolat.
c. 3.

materia: si qua huic antipathia vel sympathia naturalis vis insit.) Hæc concl. est Catholicorū omniū, & etiā gentilitum, quos præcedenti quæstione citauimus. Probatur, quia physicæ ligaturæ facultas necesse est, ut à natura rei ipsius dependeat, quæ non competit, nisi ratione materiæ seu subiecti. Quare si quis effectus producatur, cuius causa nequit esse vis naturalis subiecti: effectus ille prodigiosus erit, & amuletum superstiosum, qualia multa congescit Costa Ben-Lucas Iudæus Lusitanus: *c* Huc referendū, si figuram attendunt; quod Hispanicis pueris ex Gagare ad collum deligant, manu in derisum, inserto intra digitos primores pollice, conformata. *Higam* vocant.

cl. de ligaturis.

Dico secundo; *Quando in ipsis verbis modo descriptionis, crucium numero, figura vel similibus spes non ponitur; piū & sanctum est, reuerentia causa Sanctorum reliquias, cercas agni Dei effigies, Euangelium S. Ioannis. Psalmum Dauidis, & similia S. Scriptura testimonia secum gestare collo appensa: sed effectus, qui inde oritur, erit supernaturalis, Dei beneficentia adscribendus, Alijs autem ligaturis vri; quas vel vsus Ecclesia Cathol. vel proberum medicorum ars non commendat; omnino est prohibitum.*

Quod ad reliquias, videtur non satis cautè locutus, insignis Doctor Theologus Ciruelus Darocensis *lib. de Superst. cap. 4 p. 3.* quando leuiculis fultus rationibus sacrarum reliquiarum ad collum gestationem improbare non veretur. Dissentit ille ab hæreticis, nam ipse vult reliquias Sanctorum in templis honorificè seruari, & adorari: sed non vult eas à priuatis collo appensas gestari; temere reprehendens antiquam virorum valde sanctorum consuetudinem. Nonne B. Helena clauo-

A rum CHRISTI vnum fræno equi. alium galeæ Constantini indidit? Nonne Beatus Antonius palmatam illam Anachoretæ S. Pauli; & ipsius Antonij tritum cum melote pallium exultans Athanasius tulit. Similia de Theodori Martyris puluere Nyssenus: de catena B. Petri magnus Gregorius. Sed in re nota non est immorandum.

B Conclusio prior pars probatur, Ecclesiæ Cathol. inueterato & salutari more, nec non sententia D. Thomæ. Maldon. d. Nauarr. Siluestri, & alior. ratio est, quia Sanctorum reliquias ita semper maiores nostri sunt venerati: Agni illi ad hoc à solo Pontif. Maximo quotannis benedicuntur: sacræ scripturæ testimonia, ut licet ore proferre, licet etiam descripta collo deferre, & narrat Leontius Episcopus sanctum Simeonem Salum mulieri magæ amuletum in tabella conscripsisse; quo gestato illa non potuit amplius diuinare, nec magica amuleta facere. (*sur. i. Iul.*) nec vllus sanctorum patrum hoc vnquam improbauit. Nam D. Basilus e damnat *negiā* quædam characteribus (*nemp magicis*) insignita. Incertus auctor in Matt. qui exstat inter Chrysofomi opera.

C **D** **E** **f** inuehitur in duo nequam genera hominum: primum, qui ex huiusmodi ad collum suspensis ipsi sanctiores volebant videri, ut Pharisei olim: secundū, qui ex eadem superbia, quæ ad collum alij suspenderent, ipsi de capillis, vel vestimentis suis largiebantur. Ipse D. Chrysof. *g* mulierculas illas reprehendit, vel quod non rectâ, sed Pharisæica id intentione facerent; vel quod, per opinionis errorem, non à Dei gratiâ miraculosum auxilium, sed ab ipsa materiâ, vel formâ scripturæ, id præstolarentur, ut faciunt hodie, qui dicunt debere esse scriptum Euange-

Tho. 2. 2. q. 6. ar. 4. Mald. in 1. cap. Ioan.

hom. in Pf. 45. h. 6. 34. in Matth.

in Matt. hom. 73.

lium

lium in membranâ virginea, vel litteris vel lineis miniatis & cætera. Sanè Chrysoſtomus eadem id mente reprehendit. quâ D. Hieronymus, h qui fatis indicat, phariſaicam illam ſuperſtitioſam præſidium ab ipsis pittraciolis, non deſuper à Cuſtode Iſrael, Deo Sabbath, exſpectantem, ſe reprehendere: item quòd quæ extrinſecus gerant, eorum cultum & obſervantiam intrinſecam, quæ præcipua, negligebant. Denique in vita S. Antonini inſeſtationem quandam dæmonum, cum preces quasdam membranulæ interſpilleret, & in cubiculo ante Deiparæ Virginiæ imaginem affigi iuſſiſſet, legimus diſpuliſſe. (*Sirius tom. 3. Fol. 34.*) Auctoritas D. Gregorij Papæ idè probat epiſt. ad Theodelineam, quem iure ſuo, id eſt, Caluiniſtico, carpit Iof. Scaliger in Elencho c. 8. verba D. Hieronymi contra mentem eius detorqueus. Sed bene, quod ouillum lanitium iam deponere Scaliger inceperat.

Posterior pars conſuſionis probatur canonibus, qui anathema fulminant in eos, qui philacterijs (hoc eſt conſeruatorijs) vtuntur; & ſi clerici ea faciant, iubent eos Eccleſijs eiſci. *Can. 1. & 4. 26. q. 5.* qui canones quomodo ſint intelligendi, & de quo genere philacteriorum loquantur, petendum ex alio canone, nempe vlt. eiusdem quaſtionis, vbi inter cætera in hunc modum ſcribit Beatus Iſidorus. *ad hæc pertinent ligaturæ exſecrabilium remediorum, quæ ars commendat medicorum, ſeu in præcantationibus ſeu in characteribus ſuſpendendis atque ligandis: in quibus omnibus ars dæmonum eſt quadam peſtifera ſocietate hominum & Angelorum malorum, exorta.* quæ ſumptit à D. Auguſtino libr. 2. de doctrina Chriſtiana. Idem alibi confirmat. D. Auguſtin. i his verbis, *Fiungunt*

A *ſpiritus maligni umbras quasdam honoris ſibi metiſſis, vt ſic decipiant eos, qui ſequentur Chriſtum. Vſque adeo, ſi atres mei, vt illi ipſi qui ſeducunt per ligaturas, per præcantationes, per machinamenta inimici, miſceant præcantationibus ſuis nomen Chriſti, qui iam non poſſunt ſeducere Chriſtianos, vt dent venenum addant mellis aliquantum.* Chryſoſtomus homil. 25. ad P. Antiochen.

B *Quid vero diceret aliquis de his, qui carminibus, & ligaturis vtuntur: & de circumligantibus aurea Alexandri Macedonis numiſmata a capiti vel pedibus? Dic mihi, hæne ſunt ſpes noſtræ, vt poſt crucem & mortem Domini gentilis legis imagine ſpem ſalutis habeamus? & c.* damnarunt hæc etiam tempore Caroli Magni Patres Concilij Turonenſis cap. 42. & ipſe Carolus. libr. 6. Capitulorum cap. 72. & prius Conſtantiſ Imp. apud Ammian. l. 19. & Antoninus Caracalla, apud Spartianum in eius vitâ. Tales ſunt nefariæ illæ formulæ precum; quas contra vulnera, & pericula ignis, aque & alia, quidam per mendaciū adſcribunt B. Leoni, & alijs ſanctis, & (proh dolor) multi hodie geſtitant; quib. Diabolus ſemper tandem imponit, & quando ſunt in ſtatu peſſimo lethalis culpæ, ſinit eos occidi & deſerit, quos antè aliquoties defenderat. Poſſè nominare mihi probè notum; cui id accidit. Norût Franci, cum ſuperioribus annis, cum Barone Danou, hæreticorum Germanorum examina in Francia irrupiſſent, & à Duce Guiſio ſtrenuè debellata fuiſſent, huiuſmodi ſchedaſmata collocaſorum ferè omnium appenſa, fuiſſe reperta ab ijs, qui cadauera ſpoliarunt. Hoc genus ſuperſtitionis ſubſannat Lucianus k. & Antonium Caracallam ſupplicijs compeſcere, conſtituiſſe teſtatur Spartianus. Et

Tatia

h in d. c.
23. Matth

2.
ar.
dō.
cap.

a. in
4.
ath.

art.
73.

tra 2a. 7.
in Ioan.

l Orat. cō
tra gent.

Tatianus Assyrius hæc omnia refert ad Dæmonum dolos, & pacta per Magos cum illis inita. Huc etiam refero quod de vrsariis, sic refert Balsamon Comment. Syn. 6. in Trullo; *Vrsas trahere dicuntur ij, qui arctotrophi appellantur, qui quidem in capite & totius animalis corpore tincturas appendentes, & pilos ex ipso tondentes eos vna cum tincturis dant perinde ac remedia & amuleta, tanquam contra morbos & fascinoles oculos conferre possint.*] Huc pertinent etiam formulæ omnes, quibus immiscentur nomina ignota Angelorum, hoc est alia præter, Michael, Gabriel, Raphael. hoc mirum fortassis alicui videbitur; quia Trithemius, & Rabb. alia quoque nomina confingunt eorum, quos dicunt esse motores orbium cælestium, item fata decernere, & fatales casus administrare, & mirifica quædam homines ab his discere; & similes impietates, quibus ille liber *פנח וצן* scaturit. In Sybillis quoque oraculis lib. 2. hic versus exstat, iuxta quosdam codices *ἄρουσι μιχαήλτι Γαβριήλ, Ραφαήλ, ὀυριήλτι.* Sed in alijs libris habes *ἔρομῆλ, ἔριήλ σαυήλ; ὄζαήλτι,* in quibus primum illud est corruptum pro *Ἰερειήλ*, tertium pro *σαυήλ*, ut vocant eos Trithemius & alij, qui cælorum motores eos faciunt. Sed nitor auctoritate & sanctione concilij Romani, quod fuit congregatum Romæ sub Zacharia Pontifice, ad damnandos errores Aldeberti & Clementis hæreticorū Germaniæ perturbantium; ubi inter cætera, lecta vna oratio Aldeberti, in qua continebantur hæc verba; *supplico vos Angelus Vriel, Angelus Raguel, Angelus Tubuel, Angelus Michael, Angelus Adimis, Angelus Tubuas, Angelus Sabaorh, Angelus Simibel.*]

Quibus lectis, Zacharias Papa, in-

A terrogauit Episcopos, sententiam de his suam proferrent: illi damnandum Aldebertum pronunciarunt, ut hæreticum: causa verò subditur & ipsum Decretum concilij his verbis; *o-cto enim nomina Angelorum, qua in sua oratione Aldebertus inuocauit, non Angelorum, præter Michaelis, sed magis demonum nomina sunt, quos ad præstandum sibi auxilium inuocauit. Nos autem, ut a vestro sancto Apostolatu edocemur, & diuina tradit auctoritas non plus quam trium Angelorum nomina agnosimus: id est, Michael, Gabriel, Raphael. Zacharias Papa dixit, optinè prouisum est à vestra sanctitate, ut conscripta illius omnia igne concrementur: sed opportunum est, ut ad reprobationem eius in scrinio nostro conferuentur ad perpetuam confusionem.*

Nunc verò, quia omnia peracta sunt, de vtrorumque sententia, quorum superius mentio facta est, nunc pertractatum est. Vniuersum concilium dixit: Aldebertus, cuius nobis actus & nefaria commenta lecta sunt; & qui se Apostolum censuit nominari, & qui capillos & vngulas suas populis pro sanctitate tribuit, qui que sub obtentu Angelorum demones in suum auxilium inuocat: sit ab omni officio sacerdotali alienus, &c.] In Igitur ex concilij huius sententia, damnanda cuncta periammata, periampta ligaturarum & similia. ubi alia nomina leguntur, quàm trium, quos sacra scriptura nominat, Angelorum. Nominatur quidem Vriel. 4. Esdr. 4. v. 1. Sed liber ille Canonicus non est, nec tantæ auctoritatis; & in eodem reperias Ieremiel, quem nemo recipit: Aldeberti verò cætera nomina non nihil sunt deprauata ex ijs, quæ in Necromanticorum libris habentur. Sed de Vriel accurate scripsit Nicol. Serarius noster comment. in c. 12. Tobix q. 10. cum quatuor se-

m vide a
pud Sur.
tomo 3.
mense Iu
nio in vit
S. Bonifa
cij fol.
494.

quent-

quentibus. Illud quoque attendendum, ne ipsis Angelorum nominibus veris utentes, ea malis Angelis accommodarint. cur non hoc auferunt, qui auferunt sic abuti nominibus Dei? audi Procopium in Leuit, contra quosdam curiosos hoc vtentes prætextu his verbis agentem. *Attramen (objiciunt quidam) intocant Zabaoth. Quid tum? impie hoc faciunt. Nam illam appellationem non Deo, sed demonibus tribuunt, & plerumque illi demoniaci vsurpant nomina diuina, dum ea imponunt demonibus, quorum ambitioni seruiunt. hoc fit in precibus Magorum, quibus inserta magna (sic vocant) nomina.*

CAPVT V.

Ars aurifactoria, quam Alchimiã nuncupant, ad quam magi & speciem sit referenda?



Non potest sufficienter huic quæstioni responderi, nisi prius constet, quo se vsque vires eius extendant. quare quatuor sunt discutienda. primò, an ars ista finem suum consequatur? secundo habendane in numero artium liberalium? tertio ad quam Magiã speciem pertineat? quarto licita sit, an illicita?

QVÆSTIO I.

An aurum hac arte verum conficiatur?



VO quæstio hæc completur, quid naturæ ope fieri queat, & quid fieri soleat? quorum non eadem ratio est: prius quam decidamus quæstionem quædam de nomine & origine sunt præmittenda.

SECTIO I.

Quid sit Alchimiã & quando inuenta?

A Nomen Arabicum esse volunt, viri docti: & id iudicare nomini præfixum, *Al*, vt in *Almanach*, & *Almagestum*, & similibus, Mixto barbarum ergo vocabulum fuerit, ex Arabico *al*, & Græco, *χλω* seu *χλω*, quod idem ac *fundo*, alij Græcam planè vocem censent, ex quibus est Ioannes Chrylipp.

B huic Græci scriptores repugnant, qui plerumque scribunt *χημείαν*: & non *χλωμείαν*. Sed quid *χημεία* significat? quidam ex Plutarcho d tradunt Ægyptum sacrâ linguâ sacerdotibus vocari *Chemiam*: & inde suspicantur, vocari *Chemiam*, quasi Ægyptiam: videlicet quia primi mortalium Ægyptij illam à Mizraimo Chami filio acceperint, ab Ægyptijs Arabes didicerint, & articulum illum suum *Al*, addiderint;

C ab Arabibus, Europæi acceperint & nomen & artem, vt & reliquam ferè medicinam & philosophiam Græcancam. Nimis isti benigni sunt in Arabes. Nomen enim notum Romanis fuit antequàm vlli noti philosophi vel docti inter Arabes, & quo Arabia tempore adhuc Christiana. Inuenias illud apud Iulium Firmicum Latinum scriptorem, qui tempore vixit Constantini Magni. Apud Ægyptios quidem hæc ars in vsu etiam Diocletiani tempore videtur fuisse, si Suidæ credimus, f & ab ijs fortè Romani acceperunt. Verù illud de *Chemiam* merum est commentum: Ægyptus enim non *Chemiam*, sed *Chamiam* picta à Chamo: sic enim in Psalmis legimus; *in tabernaculo Cham*, g Ægyptiorum, & postea; *h terra Cham*, vocatur ipsa Ægyptus. hoc ergo nomen sacerdotes, vt testimonium antiquitatis suæ asseruarunt, vulgo *Misraim* dicebatur Ægyptus; vnde & hodie ad

D

E

a N. comment, in Manil.

b Dialogo de Chryloppia. c Cedrenus in Anal. Suid. mox citand. d li. de Orit. & lid.

e lib. 3. in Lunæ decretis.

fin Dioclet.

g Psal. 78. 57. h Pl. 105. 23.